

44
DELICIARUM
EPISTOLICARUM
FESTIVALIUM

Exercitatio Undecima;

P R Æ S I D E

CHRISTIANO GUEINZIO

Rectore Gymnasij Hallensis

Respondente

GEORGIO BURCHARDI

Witteberg: Sax:

In

DIE MORTUALI

CIO. DC. XLIV.

HALLIS-SAXONUM

Typis Christophori Salfeldi.



EPISTOLÆ

In

DIEM MORTUALEM

CHRISTI

ANALYSIS

Heptalogus Christi

ex

Luc. 23. v. 34. Job. 19. v. 26. Luc. 23. v. 43.

Matth. 27. 46. Job. 19. 28. Job. 19. 20 Luc.

23. 46.

THESIS I.



uemadmodum in fimbria summi
sacerdotis sanctuarium ingressuri,
& oblaturi nolē erant, spavent
edentes sonum, & attentionem in
animis audientium excitantes Exod. 28, 34. &
seq. Ita Christus, Pontifex noster maximus,
dum in cruce per proprium sanguinem in sancta
sanctorum intrare voluit, etiam prius spavent

A 2

e-

emisit sonum & septem verba insonuit. Atque
ita, quod Augustinus loquitur: Crux mori-
entis facta est cathedra docentis. Cumq;
ista hoc ipso die mortuali Christi sint pronun-
ciata, æquum est, quod si velimus esse Chri-
stiani, in cruce Christi gloriari, uti loqui-
tur Paulus Gal: 6, 14. Quin & meditari eam se-
cundum Bernhardum Serm: 43. in Canti-
cum, est sublimior Philosophia.

2. Continent autem ista verba partim pro-
positionem, partim Conclusionem. Propo-
sicio habet Generalia in primo verbo, quod
est intercessionis, ex Luc: 23, 34. In quo,
tùm forma, quoad objectum, dum Patrem
orat. Quemadmodum enim Job: 17, 9. pro
credentibus ratione officii, ita hoc loco pro cru-
cifigentibus ratione exempli, ut & nos infor-
maret, in periculis & miseriis nullibi alias qua-
rendum auxilium, nisi apud Deum patrem il-
lum cœlestem & benignissimum, secundum præ-
scriptum Matth. 6, 10. Deinde ut non straret
in summis & doloribus & angoribus, tamen
constanter adherendum ipsi Deo patri, ut qui
est talis ob creationem Job: 10, 8. ob regene-
rationem Gal. 4, 6. ob resurrectionem Job.
5, 28. Nec enim oblivisci nostrum potest, uti
testatur Jer: 31, 30.

3. Et

3. Et quoad Effectum, ut remitteret nempe peccata & debita, quemadmodum græca vox ἀφεσ innuit. Ita verò ostendit se esse Mediatorem & intercessorem. Et quod mirandum, non cum conditione, uti pro se orat Matth. 26, 39. Sed absquè conditione, ut nos doceret, non esse desperandum, pro quibus in cruce pendens Dominus dignatus est orare, inquit August: Tract: 31. in Johannem. Nec enim possunt perire pro quibus orat ne pereant, scribit Bernhardus Hom: 3. super Evangelium, Missus est. Nec frustra oravit, uti habet Epistola ad Hebræos c. 5, 7. Nam conversus fuit centurio cum militibus Matth. 27, 54. Conversi sunt quidam ex ipsis sacerdotibus Act: 6, 7. Et quia eternum vult etiam hujus intercessionis effectum.

4. Deinde ut moneret, quò quemadmodum ipse condonavit offensam crucifixoribus, & pro ipsis oravit, ita ut & nos obliviscamur injuriarum, & pro inimicis, ac persecutoribus oramus Matth. 5, 44. Nec aliud sunt Prophetatum comminationes: quia non tam imprecationes, quàm futurorum predictiones, uti Aug: interpretatur, aut temporales tantum castigationes, quemadmodum ex Psalmo 83, 17. idem rectè ratiocinatur.

A 3

5. Tum

5. Tum causa, quæ fuit ignorantia. Quia inquit, nesciunt quid faciant, secundum illud Levitici 41, 13. Ubi si per ignorantiam quis peccaverit, jubentur efferre vitulum. Et ecce obtulerunt. Non verò ignorabant simpliciter, & theoreticè quemadmodum testatur Nicodemus Job. 3, . . . Et Christus, Job. 9, 41 Sed practicè, ut intelligatur de practica ignorantia. Non enim considerabant peccati istius gravitatem ex Job. 13, 7 Nam si cognovissent, non crucifixissent, inquit Paulus 1. Cor. 2, 8. Quod & Petrus testatur Act. 3, 17. Quod & Gratianus quòdam innuit.

6. Jubemur autem inde excusare proximum, non accusare, secundum præscriptum Proverb: 30, 20. Adam accusabat Evam Gen: 3, 12. Christus excusat hominem nequam. Deinde non desperare, si ex ignorantia mentis, vel petulantia carnis sit quid commissum, uti & Paulus nobis exemplo est in 1. Tim. 1, 13. Interim non abutendum hoc exemplo, cum non debeamus esse fratres ignorantia, dum nobis omne consilium Dei sit revelatum. Nesciebant milites, at nos scimus; & propterea etiam audimus, servos qui cognoverunt voluntatem domini, nec faciunt multis vapulare Luc. 12, 47.

Testis

Testis etiam praesens seculum; ubi multo magis affliguntur pii quam alii, quia habent voluntatem Dei notam, & dum eam non faciunt, ideoq; gravius puniuntur.

8. Specialia concernunt vel alios, vel Christum ipsum. Quae concernunt alios vel conjunctim, Mariam cum discipulo, Quod fuit verbum secundum Charitatis seu dilectionis, ex Iob. 19, 26. & 27. Ubi partim Mariae appellatio. Nam cum Maria & Johannes, quasi duo Cherubini Exod: 29, 20. respicerent propitiatorium, condolent; & non, quod ceteri fecerunt, aufugerunt. Et quidem non Mariam nominat, sed mulierem, quia 1. periculo eam subducere voluit, ne militum ludibrio exponeretur: Et 2. promissionis prima Gen: 3, 15. eam admonere; Et 3. ne dolorem appellando matrem, (quod Lyra arbitratur) auget: seu ut Mantuanus pie canit:

Ne materna pium laniaret viscera nomen,

9. Per denotationem, tum per voculam Ecco quae est attentionis Luc: 18, 51. quo auscultaret 2. promptitudinis, ut Luc: 1, 38. quo observaret curatorem dari 3. Certitudinis, ut Gen: 1, 9, ne dubitaret susceptum iri, Et 4. demonstrationis ut Iob. 1, 29. ut notaret, quis ipsi a-staret.

X. Tum

10. Tum per formulam, filius tuus. Ac si diceret, succedet in locum meum, cum mihi sit moriendum, ne te derelictam putes, en discipulum meum charissimum, quemadmodum semetipsum alias describit, cap. 13, 23. cap 20, 2. cap. 21, 7. & 20. ut qui maxime diligebat Dominum. Ita qui glorificat Deum, honorificatur ab eodem 1. Sam: 2, 30

11. Partim commendatio, dum dixit discipulo, ecce! mater tua. Sic matrem nominat, ne desereretur; quemadmodum Estbra Esdrae 2, 7. Quod & prestitit, dum eam recepit, nampe in domum suam, uti hac pbrasis in propria, habetur ad Thessal: 4, 11. Atque ita informamur, quò in tempore nostros curemus, simulq; quo pauperes & orphanos recipiamus. Nam & propterea sensit Iohannes longevitatem, cum vixerit sexaginta octo annos post mortem Christi; & mortis lenitatem, cum naturali morte solus ex Apostolis sit mortuus. Sint ergò Iohanne, & sentient eandem felicitatem.

12. Distinctim concernit latronem, estque verbum tertium commiserationis ex Luc: 23, 43. In quo tum asseveratio, Amen dico tibi. Quam adhibuit, quia quod promittebat, magnum erat, cœlestis scilicet paradisus; Et ille,

ca.

quæ promittebatur, indignus, latro suspensus.
& illi qui aderant irrisores, increduli Judæi,
crudeles ethnici. Ne igitur vel latro, vel alii
dubitarent, confirmandi voculam præmittere
voluit Salvator. Atq; ita fides roboratur, dum
jurat, simulquæ inculcatur, Christum neminem
excludere, modo roget gratiam. Quis enim de-
speret? inquit Augustinus, si in cruce latro
est salvatus.

13. Tum est Paradisi pollicitatio. Latro
vix sperare potuit quod sit in cælum perventu-
rus. Ideoq; tantum ut meminisse vellet propiti-
us, orat. Et ecce insperatam planè audit vo-
cem: hodie eris mecum in paradiso: Et quidem
hodie: ubi enim pœnituit confitendo digna se
pati, & fidem profitendo, dum sui meminisse
Christum optat, non tantum Christus latronem
absolvit, sed etiam in paradysum, id est in be-
atam glorie DEI sedem recepit. Non ergo in
purgatorium, sed in id, quod ipse petierat, re-
gnum. Per paradysum ergò vita aeterna intel-
ligitur, quemadmodum etiam Paulus usurpat
2 Cor: 12, 2. Et Johannes Apoc: 2, 7. Sic igitur
scala paradysi fracta in Adamo, ait Bona-
ventura, reparata est in Christo. Et cum è
duobus latronibus unus salvetur, nemo desperet;
nemo tamen & pœnitentiam differat, quia & al-
ter damnatus.

14. Vet-

8. Verba Specialia quæ concernunt ipsum Christum, respiciunt vel Deum, ut verbum *quartam*, quod est humiliationis ex *Matth. 27, 46.* In quo modus, quod clamaverit voce magna. Non quidem ut à se dolores averteret; jam enim finis instabat; nec ut iudicia hujus mortis de Judeis sumeret, quia melius loquitur sanguis Christi, quam sanguis Abeli; sed ut ostenderet magna in sua morte mysteria, juxta *Originem*; Et ut adstrueret se esse hominem, juxta *Tertullianum*; Et denique, ut probaret se verè pati, juxta *Euthymium*. Et tandem ut Deum ad commiserationem verteret ad *Hebr: 5, 7.* Et se vitæ mortisque esse Dominum doceret; quo infernus metu percelleretur, & mors abscedere juberetur, secundum *Nazianzenum*. Interim tamen modestè secundum *Esa: 42, 2.* sine jactantia *Matth. 11, 15* ut nos peccati atrocitatem discamus & precationis necessitatem; ut clamemus ardentè, & frequenter.

15. Et textus quoad lectionem qui partim *Hebraeus*; quia verba sunt maximè ponderosa, & hominum memorie insculpenda; potissimum cum accedat ingeminatio vocis *Eli, Eli.* *Marcus* quidem habet *Elohi Syraicè*, qua lingua tum temporis *Judei* usi, uti & alii pro

ſabachtbani legunt catachani ex Chaldaicalin-
gua. Chriſtum tamen hebraicè clamaffe ex illo
præcipuè colligitur, quod auditores Eliam vo-
cari exiſtimaverint.

16. Partim Græcus, quod idem ſignificat ac
Deus meus, Deus meus (Non vitioſè, uti qui-
dam arbitrantur, ſed Atticè, uti & alii Lati-
ni auctores. Et Virgil. l. 6. Aeneid:

Projice tela manu ſanguis meus

Et Plin: ad Ciceron: *Salve omnium primus
parens patriæ.*) quare me derelinquiſti. Un-
de colligitur Evangelium Matthæi cum ipſe in-
terpretetur, primum Græcè ſcriptum fuiſſe,
ob Monarchiam Græcorum & illuſtres Græco-
rum ſcholas.

17. Et quoad ſignificationem dum conti-
net graviffimum animi mœrorem, qui col-
ligitur ex interrogatione, exaggeratione & in-
geminacione, & tandem ex Dei appellacione.
Derelictus vero fuit 1. ob peccatorum noſtro-
rum ſuſceptionem, 2. ob gratiæ averſionem;
3. ob pœnarum inſuſtionem, & 4. ob auxilii
dilationem. Senſu itaq; dolores infernales, quia,
quod Hugo habet, *linquitur anima, quæ labi
permittitur; relinquitur, quæ in infernum præ-
cipitatur, licet non duranter, tamen æquiva-
lenter, licet non actu æternum, tamen potentiâ*

uti

uti innuitur Hebr: 2, 9. Imò abundanter & preponderanter. Quod enim, tempore defuit, per personam infinitam completum est, uti & peccatum Adæ per se non quidem fuit æternum, vim tamen infinite culpæ habet. Et quamvis una guttula suffecisset, tamen distinguendum est inter meritum Christi considerata ratione personæ & Deitatis, & inter considerata ratione consilii divini & proprietatis. Propter satisfactionis certitudinem, peccatorum nostrorum abominationem & justam respectu divine nature infiniti pretii, & respectu humane nature magni supplicii proportionem multus sanguis effusus.

18. Et filialem fiducialemque amorem, dum Deum suum ingeminatis vocibus appellat. Non verò defectio DEI erat desperativa & εἰς τοὺς ὀφθαλμοὺς, ut que concernit impoenitentes; sed probativa, que explorat fideles. Orandum itaque est sapienter, ut solus Deus invocetur: constanter, ut instetur; confidenter, ut exaudiatur, & tandem lamentabiliter, ut angustia cordis probetur.

19. Vel ipsum actum, quoad continuationem, per verbum quintum, Sitio, quod est acutissimæ passionis, & lassitudinis maxima, ex Iob: 19, 28. Intelligitur verò sitis, tum naturalis, ob evidentiam virium exhaustarum,

quia Christus à media nocte tristi spiritu agi-
tatus, imprimis estu furoris divini exhaustus
exaruit, ut esset veluti testa, & lingua fauci-
bus adhaeresceret Psalm: 22, 16. Ita enim pri-
mus Adam peccaverat gustu, secundus cogitur
expiare eodem.

20. Partim spiritualis, in ira DEI, quae i-
gnis est Deut: 4, 24. ut discamus in passione
omnia esse Prophetica adimpleta, secundum
Psalmum 69, 26. Et serie voluntatis redimen-
di documenta ex Esa: 51, 1. Prov: 9, 5. Et de-
niq; ut & sitiamus ipsi spiritualiter aquam
spiritualem Esa: 51, 11. Naturaliter, ut pro
Christi gloria & honore, nullam suam detre-
ctemus Rom: 8, 11.

21. Quoad finitionem verbum sextum
quod est perfectæ redemptionis, Consumma-
tum est. ex Iob: 19, 20. In quo & innun-
tur consummata, quae attingunt DEUM,
dum eius mandata impleta ad Gal: 4, 4. Quaeq;
attingunt Christum, dum passionem absolvit
& vitam consummavit. Quae & concernunt
hominum coetum, dum omnes redemit. Et quae
concernunt Scripturae sacrae thesaurum, dum o-
mnia implevit, Luc: 18, 21. Ut sit vox supe-
rantis & gratulantis. Et quamvis ante quae-
relam etiam dixerit omnia consummata esse
Iob. 19.

Iob: 19, 28. Intelligendum est tamen quae iam in actu est, ac si iam facta essent, uti interpretatur Augustinus Serm: 6, 5, in Johannem, quo verbo consummatum tempus esse de portione amara sumenda significetur.

22. Partim conclusionem continet, & est septimum verbum, quod est verbum devotionis & informationis, ex *Luc: 23, 45. Ubi partim allocutio, dum vocat Patrem, ut nos doceret se esse verum filium DEI; quia singulari ratione pater est; Et moneret fidentum esse etiam in extremis ipsi Patri. Pater est certe creando, quia format nos *Job: 10, 3. Et curando *Matth. 6, 25. Erit & Pater resuscitando in *1. Cor: 15, 12. Pulchrè August: super *Psal: 98. Et cum blandiris, pater es, & cum caedis pater es, ideo blandiris, ne deficiamus inquit, ideo caedis, ne pereamus. Et uti in exordio Patrem nominabat, cum pro peccatoribus oraret, ita in exordio postulat id Filius ad Patrem revocari legatione iam perfunctus.*****

23. Partim traditio per formam dum commendat quasi curae & tutela animam suam, ut nos admoneremur, quo & nostra omnia Deo commendemus. Per materiam *1. Cor: 15, 12. Pulchrè August: super *Psal: 98. Et cum blandiris, pater es, & cum caedis pater es, ideo blandiris, ne deficiamus inquit, ideo caedis, ne pereamus. Et uti in exordio Patrem nominabat, cum pro peccatoribus oraret, ita in exordio postulat id Filius ad Patrem revocari legatione iam perfunctus.**

omni-

omnipotentissimam, uti Psal: 91, 12. Job: 10, 18.
denotatur, ut omnia nostra quoque in manus
Dei ponamus, tradamusq, uti teste Athanas:
tempore persecutionis ista verba Christiani
usurparunt.

24. Respectu subjecti, Spiritum suum,
sive animam. Spiritui enim si bene, bene erit
quoq, corpori. Ille discamus, non tam corpus
curandum, quam ipsum Spiritum esse. Pro-
pterea cum Dionysio merito concludimus; Dul-
cissime Jesu, ultimum verbum tuum in cruce,
sit ultimum meum verbum in hac luce, & cum
amplius fari non possum, exaudi cordis mei de-
siderium.

NOTÆ.

I. Verba Christi in cruce) Considera testa-
mentum septem testibus corroborari, ut discas
verba septem Christi, esse testamentum Chri-
sti, tam privatam quam publicam.

II. Septem locutus verba) Considera tot
esse verba, quot vitia capitalia, & præcepta
secundæ legis tabule, ut discas tot etiam esse
Orationis Dominicæ partes, singulis vitiis oppo-
nendas.

III. Locutus in cruce) Considera in ligno
locutum, quia in ligno peccatum, ut discas,
per quod quis peccat, per idem puniri.

QUÆSTIONÈS.

An non sequatur, Christus totus in uno loco, Ergo & humana natura?

Keckermannus in Syst: L. p. 197. negat
exinde: quia & Christus ad totum latro-
nem dixit, hodie mecum eris in paradiso, &
tamen non corpus ejus inibi fuit, Verum con-
fundit Keckermannus totum essentielle cum toto
personali.

An sacra Chronologia verior an
profana?

Scaliger, & qui eum sequuntur opinantur,
sacras literas temporum exactam computatio-
nem non continere, ut quæ ad scopum scripturæ
rarum, aut salutem hominum minimè necessa-
ria, sed eam petendam è profanis scriptoribus.
Verum, cum verum quod Tatianus habet, &
apud quos ratio temporis non coheret, apud il-
los neq; veritatis, neq; fidei historice ratio
ulla constare potest. Inde qui ab hac regula
dissentiunt non modo fidem Ecclesie, omnia o-
racula de Christo, quæ temporum monumentis
maximè nituntur, convellunt. Sed & lucem hi-
storiis profanis concessam sacris literis non absq;
sacrilegio adimunt. At audite: Spiritus Sanctus
aut potuit aut non voluit? utrumq; impium,
utrumq; blasphemum. Quid

Quid sit deponere Spiritum?

Lucas usurpat vocabulum, παραθήσει
v. 46 futurum pro presenti. Unde quaedam
Exemplaria legunt παραθήσει: quaedam
παραθήσει. Est autem idem ac in penu de-
ponere, servandum dare, & contracta fiducia
commendare; uti Plutarchus ita usurpavit,
notante Budeo in Com: Græc: Ling: fol: 716.
Hieronymus & Beda legunt tradidit quia
invitus non amisit: Unde &, Christum emisisse
Spiritum dicitur, quod voluntarium, de notante
Ambrosio.

AD RESPONDENTEM.

Sint hostes Satanas, caro! mirus abeneus
arx &

Fortis, ceu testes mystica verba crucis.

Et quod nil noceant nobis emblemata mon-
strant

Ultima, quæ ligni Christus in axe tulit.
Scilicet ut Pater ipse remittat id omne ma-
ligna

Quod facit, id quoniam nescia turba facit.
Filius ecce tuus, mulier: tua mater & ecce
Discipulo dixit Christus & ipse suo.

B

Sic

Sic & latroni: *mecum tua, crede, quietis*
Sedes ac hodie nã paradisus erit.
Tunc ubi nona fuit: *Deus, o Deus anne res*
linquis,
Et cur? me? *dixit cuncta peracta simul.*
Post *scio* clamat: *manibus pater unice vestris.*
Sit commendatus Spiritus ille meus.
Hæc sunt heptalogi morientis Symbola
Christi,
BURCHARDI repetit, quæ pia cura typis.
Pergat BURCHARDUS, *crux arx fortissima*
cunctis
In cunctis, mala sint qualia cunq̄; malis.

Gueinzius.

Quam sortem, *Cæsar, Sphingis tibi finxerit icon*
Stemmaq̄, Pelleum, non tua fata negant;
Tutior in Christi tua, Constantine, triumphat
Cælo delapsa roboris effigie:
Nitere, BURCHARDI! pietas tua vinces utrūq̄,
Fortunaq̄, tua Pyrgus abenus erit.

Nota Julius Cæsar primùm Sphingis,
deinde Alexandri M. imagine utebatur,
quibus tabellas signaret: erat enim ejus
superstitionis id seculum ut si quis Alex-
an-

andri imaginem, vel auro, vel argento
gestaret, fortunatiorem se esse existi-
maret. testibus Trebellio, Pollion Vo-
pisco, & Eusebio.

Sebast. Schubartus J. M.

Est nodus rerum, priscis venerabilis Heptas,
deductum cultu nomen honoris habens.

Plena suis meritis eadem censeatur; imago

Palladis innupta, virginitatis amor.

Nam parit hanc numerum duplata decemplice
dignum,

venit & e monados multiplicata sinu.

Septem Constituit Sapiencia Graja Dynastas;

Artes tot sacras Cyclicus axis habet.

Adde quod extremum vicâ nut ante locutus

Tot fuerit CHRISTUS verba gemente sono.

Hec clarant numerum, septeno munere sa-
crum,

quem quoq; BURCHARDUS, noster hono-
rat amor.

Te Pallas, proceres, artes BURDHARDE vic-
cisim,

quin & clarabit CHRISTUS in arce poli.

David Lindnerus.

Fa.

Fama probata refert volucrem, cui struthio
nomen,
Exclusos pullos sic deamare suos;
Ut prius exoptet morier, quàm linquere
morti,
Ac subeat quævis dira pericla prius.
Quin, licet impositi radiant cervicibus enses,
Non curet, contra strenua bella gerat.
Struthio disperdat contortas ore sagittas,
En! certe patrius dixero verus amor.
Est sane Christum si spectes struthio verus,
Dum nostri causâ pessima quæq; tulit.
Pro nobis pullis diversa pericla recepit
In se, ne premerent pallida tela necis;
Hunc quisquis reperit secumq; volutat amo-
rem
Plus, quam ter patrium, pullus & hicce
cluet.
Noster Burchardus devotè præstat id ipsum.
Pergat, erit talis, sic mea vota vovent.

F. Hoffmannus.

Instandsetzungsschein

ersten und letzten Lagen des Buchblocks
den in siedenden Bädern gereinigt und ge-
tigt. Mürbe und zerissene Teile des Papiers
den ausgebessert.

Bucheinband wurde originalgetreu wieder
gestellt.

ULB Halle

006 386 679





3

Th. 4968

Gabriele Grauer

Halle, den 8.10.1970





Inches
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow


Red

Magenta

White

3/Color

Black



CIARUM
LICARUM

VALIUM

io Undecima

ESIDE

NO GUEINZIO

nnasij Hallensis

ondente

BURCHARDI

berg: Sax:

In

MORTUALI

DC. XLIV.

-SAXONUM

tophor; SalfeldI.

M

